

<sup>12</sup> tibus dictam priorem diversam quæstionem, ita capiendo quid pro quo, id est posterioribus decisionibus recedit congreuentur evidenter ea quæ circa numerum Doctorum habentur eadem *dilectio* 35. de *judic*. exhibendo exemplum testium deponentium de auditu originato ab uno, qui detegatur mendax, vel male informatus ut eorum nullatenus curato numero, quamvis esset millenarius, nulla fide digni sunt, nullamque facient probationem.

E converso dicebam quod examinando punctum tam per autoritatem, quam per rationes, altera opinio, ut sufficiat sexus omnino verior censenda sit.

Attentis etenim autoritatis, id bene, ac expicitur firmat loquendo de venditione facta per Arbitrum, Bart. *ta. i. si. societatem*, §. *arbitrorum n. 25. ff. profac.* quem omnes in hac propositione agnoscunt in magistrum, eumque se-  
guntur *Castr. Alex. Curt.* & alii relati per *Franch. d. dec. 224. n. 2.* & benè advertere Aponte ubi *supra*, ac sequuntur alii relati in *d. dec. 609. Bichi. n. 6.* quamvis plures ex eis, ut sunt præsertim *Mangil* & *Poth.* & similares non mereantur numerari, tamquam collectores, qui pro eorum stylo non examinando punctum, neque ejus difficultatem gu-  
stant, sunt simplices relatores, atque de facilis confundunt tritum cum palea unde tota sequivoca, & confusione manant; Ac propterè faciendo autoritatem combi-  
nationem, ad evidentiam patet, quod illæ huic afflantur opinioni.

Clariss vero eidem opinioni afflant rationes, quoniam licet vera sit proppositio, in qua præsertim potissimum confi-  
runtur fundamentum quidem inter istum casum, in quo ipse creditor licetit, Et alterum in quo sit tertius licitator, constitutur differentia per *Ror. apud Rojas d. 24.* Su-  
per conclusionem de qua apud *Franch. d. dec. 120. & alios*, quod si subhaftatio, quæ ex actis valida sit, deregatur iusta, non competat illi, qui eam passus est adiutor contra tertium licitatem, sed ipsum contra ipsum creditorum ad restituitionem accepti pretii, quatenus non sit in dolo, qui accedit etiam ad damnum, & interesse, secus autem si ipse sit licitator;

Ut etiam hanc differentiam inter tertium, & ipsummet creditorem in venditione pignoris conventionalis confiderant Doctores, & præsertim *Cagnol. d. 12. n. 21.*

Itaque conclusio ponderanda quoque, venit pro una ex rationibus, quæ omnino verior censenda est dicta opinio, ut sufficiat sexta, quoniam in caufo que detegatur circa dolu creditoris indebetum, ad alium creditor non renebitur nisi ad restituitionem accepti, quod potest esse modicum, si permitatur lepro infra dimidium, cum aliquis effectus pre-judicitalibus; Ac propterè liquet quod five attendatur autoritates five rationes ita opinio omnino probabilior censa est, quodque altera nullum habeat, nec rationis, nec autoritatis fomentum, sed derivat a sequivoco, & errore principio capienda quid pro quo.

Atque hinc tempore magis, ac magis monerem, quam mag-  
nus, ac evidens error sit procedere cum autoritatis ad literam, & in sola earum fide absque discursu vel ratio-  
nio, indagando eorum principium, ac rationem pro con-  
grua applicatione, cum ita de facili incidatur a sequivo-  
ca, ut latius advertere *dilectio* 35. de *judic.* & *alibi.*

Quamvis autem ex præmissis de facili cum arithmeticâ proportione ut *lupa*, in hac specie judiciali venditionis admittenda veniat laeso enormissima pro irritatione actus ad alios effectus exinde refutantes; Attamen ut advertere *dilectio* 40. de *judic.* pluries sub *tunc de ferd. ad materiam bullæ Baronum*, & alibi, ut creditores quibus liberandum est præsumtive caveant in caufo evictio, & molesta, dum ita cessat illa ratio deficiens cautela evictio, ob quam valor piumini diminui solet ut etiam ponatur *dilectio* 40. de *judic.*

In idem quoque conferuntur ea, quæ apud *Cagnol. d. 12. n. 166* & alios habent circa annos, quæ constitutur inter Procuratorem, vel alium voluntarium administratorem. Venditoris & administratorem legalem necessarium; Ut scilicet priori caufo requiratur eadem lepro enim ultra dimidiam perinde ac si ab ipso principali vendito facta sit, vel quia præsumendum sit procurator à principali instrutus, vel quia sibi imputandum est cur ministrum, minusque diligenter præferetur illi administrationi quam per se ipsu facere poterat; Ac etiam quæ favorem libertatis commercii, quod frequenter per mandatarios, & correspondentes feruntur exercutus, & sub cuius voluntarii administratoris genere venit etiam creditor, qui ex facultate sibi per vendito rem attributa vendit pignus; Secus autem ubi agatur de tu-  
tore, vel Catatore, vel economo piorum locorum & simili legali administratore, qualis dicendus est *Judex*, cuius facta

habeat quoque facti fomentum, isteque pariter est unus de erroribus procedentium cum foliis generalitatibus, & in litera absque discursu vel ratio-  
cio.

Fortius vero ubi è converso aliqua accedant bona fidei argumenta, five adminicula, inter quæ ad rem confide-  
rabile videtur illud, in quo ut supra, magnum peneque

totum confitum est fundamentum oblationis facta per posse fore dimittendi bona restituto pretio, non quod ista sola circumstantia, sola & de per se sufficiat, quando ex aliis constet de dolo, & mala fide emporis, & possessoris, cum sepius esse possit affectata cautela, quam offensio-  
ris sciat ob suffocationem, ac malum statum debitoris efficit inanem, unde meritò in caufo quo agunt superius

allegata *dilectio* 112. p. 10. rec. post melius justificata laeo-

nem cum circumstantiis dolum verum redolentibus ita obli-

igatione neglecta à prædictis decisionibus 15. Decembri

1670. coram Albergato recessum fuit, sed bene est vehe-

mens, & considerabile bona fidei argumentum, five ad-

miniculum exclusivum illius male presumptionis, quam

lex ex laetione in pretio dedit.

Ac propterè concludendum est, ut ex singulorum casuum

particularibus circumstantiis, non autem ex generalibus pro-

positionibus, vel ex autoritatibus, & decisionibus, quæ

diversos percutiant casus, & sic potius ex facto quæ ex jure

decisio pendas, ita materia regulati debet, atque ad hunc

effectum intret differentia inter principale, & tertium.

## S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ continentur in hoc titulo  
de Emptione, & Venditione.

### S U M M A R I U M.

- 1 **C**ontractus emptionis, & venditionis est frequens, & de jure gentium.
- 2 **D**istinguitur à permissione, quæ continet contractum diversum.
- 3 **I**n fore est materia angusta.
- 4 **D**e tribus essentialibus requisitis emptionis, & venditionis.
- 5 **E**adem desiderantur in datione in solutum.
- 6 **D**e questionibus circa defectum potestatis vendendi ob inabilitatem resulantibus a natura, vel à lege.
- 7 **D**e promissione de vendendo, an importet venditionem, & quid importet.
- 8 **D**e aliis questionibus cadentibus super requisitus consensus.
- 9 **R**egulariter cum aliquis effectus pignoris.
- 10 **D**e actione quanti minoris, vel quanti majoris.
- 11 **S**i coinvictus res in parte, tunc diversa & qualitatis detergatur, an contractus revalidatur.
- 12 **D**e actione redhibitoria.
- 13 **Q**uid in istis bonis importet conventionis Partium, & an inter punitentia.
- 14 **S**ecunda empti habent solemnitatem necessariam praevales primæ.
- 15 **D**ebitor, qui bona hypothecavit, non prohibetur ea vendere.
- 16 **P**olunt etiam vendi bona posita sub pignore praetorio.
- 17 **I**mpositio servitutis non prohibet potestatis vendendi.
- 18 **Q**uid de iustitia litigios.
- 19 **E**iam res aliena vendi potest, & quomodo.
- 20 **P**recium debet esse certum, & in quantitate, pro qua species dari potest.
- 21 **Q**uando incertum est pretii obsecrare, necesse perfectioni contractus venditionis.
- 22 **D**ata perfectione periculum, & commodum, ac fructus sunt emptoris, & ad quid requiratur traditio.
- 23 **I**n illis quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, periculum est venditori, donec sequatur traditio, scilicet aduersus numerationis.
- 24 **Q**uando etiam hic caufo sit etiam emptoris.
- 25 **L**epto enim caufo, recessum contractus interim validi.
- 26 **E**normissima vero nullitat.
- 27 **D**e differentiis inter unam, & alteram speciem lessionis, & de effectibus exinde resulantibus.
- 28 **Q**uando dicatur enormis, vel enormissima.
- 29 **A**ncorū etiam aliquæ sit differentia inter emporem & venditorem.
- 30 **P**atia minuscum de pretio, præsertim illud redimendi, vel minor cautela.
- 31 **D**e privilegiatis, in quibus lepro sufficit in sexta parte.
- 32 **E**mens à debitore subiecta juri offerendi, quod competit posterioribus.
- 33 **Q**uando emens subiecta ad instantiam creditorum posteriorum reddatur tutus ab hypobeci anteriorum.
- 34 **C**reditores conscientes venditioni, vel eam approban-tes, non possunt molestare emporem.
- 35 **D**e securitate ementum in vim bullæ Baronum.

- 56 De securitate ementium loca montium, vel officia vexalia, aliquae jura Regalia, seu cum Principe.  
 57 Epsens rem sub simulato nomine alterius, an sit empator, & dominus, distinguuntur.  
 58 Emens rem nomine proprio de aliena pecunia est dominus, & sibi acquirit, & quid in herede gravato se decommisso.  
 59 De emptione facta pro persona nominanda, & de effectibus, &c.  
 60 An empito, & venditio consutor facta ad corpus, vel ad mensuram; Et de mensura, quando facta praematur.  
 61 An fedina, & alia, que sunt sub solo seu superficie vniuersi sub venditione.  
 62 De pacto commissorio.  
 63 De additione in die.  
 64 De pacto resolutivo, & de alio de retrovendendo, & de pluribus ad hanc materiam circa prescriptionem, vel pretium, ac solennitates.  
 65 De retrovatu legali, & conventionali adversus empitorem.  
 66 Obligationes causativa eempitoris cessant, re evicta, vel amissa.  
 67 An quando emens se tuerat cum iuribus creditoris diffisi, vel eius, qui in contraria intervenit.  
 68 De concusso venditioris pro pretio cum creditoribus emporis.  
 69 De fructibus recompenasitivis, seu usiris pretii.  
 70 De emptione, & venditione ad vitam, ejusque materia.  
 71 De venditionibus bonorum prohibitorum cum Principi licentia, vel dispensatione.
- Q**uamvis omnium humanorum actuum, frequentior iste sit emptionis, & venditionis, ut potest humano iuri, & commercio magis necessarius, adeo ut iuri gentium potius, quam positivo referatur; Quaestione cadente, circa modum, ob interventum pecunie, que ex positiva publica auctoritate introducta est; five circa vocabulum, quasi quod, gentium iure attento, permutatio rei cum re pro utriusque agenti opportunitate, potius, quam vero empto, & venditio pecunia mediante, in iure eius, quod ab scholis, & Academias magis quam foro agere congruit, distinguente foro illos venditionis, & ac permutationis contractus tanquam diversos.
- Atque hinc maiores frequenter ratione, omnium ampliori iuri materia, primo aspectu, vel in considerato humano iure videtur; Contrariata tamen fori praxis docet, cum ob penae certas, ac determinatas regulas, que desuper habentur, omnium fere brevior, magis que angusta apud forenses dignoscatur, quamvis ampliore scholasticis disputandi occasionem prebeat, circa ea, que ratione sunt.
- Noctia liquidem, ac determinata sunt hujus contractus tria essentialia requirita copulativae desiderata, in perfecto feliciter confitentes re certa preciō certō consistentes, fine quibus, valida, perfecta empito & venditio non datur; *Sive in solutum datio, que emptionis, & venditionis speciem habet, ejusque iure in omnibus metitur.*
- Sub primi autem requisiti verificatione questiones cadunt, iudicij imperfectionem, vel aliam prohibitionem, & five inhabilitatem abfici certa forma, vel solemnitate, percutientes, ut in pupillis, minoribus, ambentibus, aliquo imperfectum iudicium habentibus; Vel in Civitatibus, & Ecclesiis, aliquo sub necessaria legali administratione viventibus dignoscitur, quod alienationum, & contractuum genericam inspectionem potius continet, quem hujus contractus peculiariam naturam, id est sub eo genere id cadit.
- Idemque ubi etiam inter habentes perfectum iudicium, liberorum fuerum bonorum administrationem, questione cadat super ipsius confitens perfectione, ac legitima conjunctione, que in omni contractu, vel alienatione necessaria est, atque inter absentes fit per acceptiōem litterarum.
- Potissimum autem in isto contractu frequens inspectio dare solet super promissione de emendo, vel vendendo, ab ipsa emptione, vel venditione discreta, & que differentiatione inter unam, ac alteram speciem dignoscatur, que nobilis est, quoniam ubi etiam promissio valida, & perfecta sit, adeo ut penitentiam excludat, atque promittentem ad observantiam obliget, non tamen ius reale tribuit promissario, neque dominum translationem aliquam actualem, vel habitualem producit, solumque actionem ad fa-
- ctum, vel ad quanti interest, non impeditem posteriorum dominii translationem in alterum a promissarii molestis tutum, pbi fraudis, vel cauſa lucrativa juncte cum simbolo, ratio alter non exigat; & nisi hypotheca promissarii favore prius contracta pro observantia promissorum, actionem rei persecutoriam, jure tamen crediti potius, quam dominii, alter staruat.
- Atque sub ejusdem primi requisiti confitens inspectione cadunt etiam ea, que super pacto commissorio, vel additionis in die, seu de retrovendendo, aut redimento respetive, aut super pactis resolutivis, vel sub simulatio-ne personae, ut infra disputari solet.
- Quod vero ad alterum requiritum rei, que in hujusmodi contractum deducita sit; Aliud est ipsius rei materialis certitudo, ac existentia de facto, (cum super re incerta, vel non extante non detur valida, & perfecta empto, & venditio;) Aliud vero, ut res extet, atque certa sit, etiam commercii libertatem non admittat, neque sit liberum deducibilis in hujusmodi contractum.
- Non tamen rei certa existentia & pertinencia de facto praecise necessaria est, cum sufficiat existentia iuris, vel spei, five actionis, que in re, vel ad rem habeatur, quamvis eventus eam inanem reddit, cum iactum reis, incertum aequaliter, vel spem, in ipsum contraactum deduci lex non vetet.
- Ubi vero ipsius rei certae, ac extantis talis sit qualitas, ut privatum liberum commercium non admittat, abque certa solemnitate, vel alterius assensu, ut sunt res sacre, & sanctae, & religiosae, ac etiam sunt feuda vera, & recta, officia venalia, loca montium, aliquae iura Regalia, vel etiam bona indifferenta, que ob emphyteuticam, vel fidicem commissarii qualitatem, seu alias expressim habeant hominis prohibitionem, que traslationem dominii omnium non prohibeat, tunc in his ac similibus casibus, ob rei vietum, vel incapacitatem, iste contractus perfectus, ac dominii traslativus non intrat, sed iporum contrahentium conventionem in simplicem tractatum de vendendo resolutivum, solumque velleterum importat, donec accedit id, quod contractum perfectus, unde proprie ter penitentie locus integer remanet, vel actionem personalem solum producit ad quanti interest conventionem servari; Nullum vero ius reale tribuit, adeo secunda empto, que assensum, vel aliam circumstantiam persicentem habeat, prima tanquam iniusti praevalat, seu aliud ius reale posteriori validē contrahenti tribuat.
- Bona vero, vel iura indifferenta, in ipsum contraactum deduci, hypotheca quantum vis speciales, ac privilegia, & cetera, etiam ea, que ex impositione census refusat, non prohibet; b Quinimodo neque praetorium pignus, quod per executionem judiciali auctoritate factam refusat; *Sive in imposto servitus;* f Aut litis pendens, (nonnulli certi casibus) id vetat, quod ipsos contrahentes quorum respectu, etiam res aliena (domino non contradicente) vendi potest, falvo tamen in his omnibus iure domini vel creditoris, aut alterius, cui legitimè ius reale, vel rei persecutorum quaevis sit.
- In tertio demum requisito pretii; Itud debet esse certum, & in quantitate, non autem in specie, cum hoc secundo-cafu, permutatio potius, quam empto, & venditione dicatur, quamvis convertenda quantitas loco, prohibitus non sit speciem ex pacto recipi debere, etiamque in facultate solvendi confistere.
- Intrinsicā vero, seu habitualis certitudo pretii sufficit, quamvis contrahentibus de tempore contractus obscura sit, quia pia ad affirmationem ab arbitrio, vel a peritis factandis vendicio facta sit, quoties tamen ea sequatur, que actum perfectus; Ubi vero ex voluntate, vel potestatis defectu, seu alias non sequatur, intrat questione imperfectionis, ac penitentiae, cum plurium calum distinctione decidi folia, praesertim vero; An rei traditio sequuta sit; Vel quod non exierit, adeo ut pro resolutione actus extremo non sint habilia; *Sive quod intret aquitas canonica;* Aut quod agatur de vidualibus aliquo usualibus bonis, quae à publico foro, vel communī usū, & commercio quandam habeant penē uniformem, ac generalē taxam pretii; quod civili dici solet.
- Eiusmodi autem inter perfectorum copulativo concordus, perfectio refusat, & de consequenti translatio dominii, ad effectum eorum, quae sunt ejusdem dominii sequela, & perfectio vero augmenta, vel decrements commodum, & incommodum, five fructum emolumentum, ac peremptionis, vel deteriorationis periculum; p Quamvis ad aliquos

## Pars II. Summa De Empt. &amp; Vendit.

207

aliquos effectus traditio pro dominii vera, perfectaque acquisitione sit necessaria, illum praesertim fructum, quo rum loco vendor damna & interesse empori præstat. q

Id autem quod ex periculo, vel commido, posita contractus perfectione in iure statutum est, & emporis, non autem venditoris esse debet, cestat in iis, que in pondere, numero, vel mensura, constitutis, quoniam donec unius ex his aditus validē, ac perfecte refulet, vestigium, non autem emporis est periculum, quamvis contractus perfectio accedit, nisi per emporum flaret, quoniam recipiat, cum tun in odium morosi, ac negligenter, talis actus pro iam sequitur habendum veniat; Sive quod implicita traditio ex partium voluntate, vel ratione subiecta materia subtilitatem veniat, ut in mercibus de loco ad locum transmittendis, praxis docet.

Posita perfectione contractus, à dictorum requisitorum legitimo concursum resultante; Quod a ea que ad forum pertinent, frequenter controversias percutiunt laudem, que mediante, ubi est ordinaria (que enormis in iure dicitur) locus est recifitionis; Ubi vero est extraordinaria, que enormissima dicitur, locum præbet nullitati, utpote redolens dolum præsumptum, qui influit in defensionem primi, ac essentialem requisiti confitens; Ea vigenter differunt inter dolum verum, & hunc præsumptum, quod ille lectionem non desiderat, atque qualis ea fit, contractus invalidus remaneat ab initio ex præfecto defectu confitens; Iste vero aliunde non probatus, ex juris præsumptuone ob magnam, ac enormissimam lectionem resultat.

Notabilis autem differentia proinde dignoscitur inter unam, & alteram lectionis speciem; In prima etenim contractus, id est fructus interim decursi ad emporum pertinent, ac etiam in emporis facultate repositum est, vel pati recifitionem non, non autem ex fune, vel illam impide, justi pretii suppletione mediante; Arque aliquando exercibile non est contra tertium, qui bona fide pro iusto pretio emerit.

In altera vero specie, ob nullitatem, que ab initio inesse dicitur, utrumque est in oppositum, quoniam venient fructus ab initio, neque locus est optionis, que empori conceditur supplendi iustum præsumptum; Ac etiam exinde refutari ordo iudicij, seu competencia actions, quoniam in prima specie actio est in petitio super recifitione in iudicio ordinario tractanda, in altera vero, interdictum postforis reintegrande, in modo quoque (ubi actus vero, & clarus laborat defectu confitens,) etiam in illo retinende, ratione civilis possessoris animo retinetur, ad se naturalem attrahit, proinde que ad id quoque habilit.

Quando vero laeso, unam, vel alteram speciem redolat, nimirum inter scribentes controversum est ad effectum metiendi enormissimum; Aliquibus voluntibus sufficeret, ut bestem excedat, Aliis autem defiderantibus eam longe maiorem, quasi quod modicus repudiat hic excessus supra dimidium ad bestem; Ac aliis probabilitus id remittentibus iudicij arbitrio, regulex ex facti circumstantiis dol præsumptionem exinde resultantem, facilius, vel altero calo facti circumstantiae alter suadeant, inter quas, pretius quantitas magnum effe solet argumentum comprobans quid in contractum deductum sit, & ex hoc pender inspectio onerum, quibus ipsa res subjaceat.

Arque hinc ad evictionis inflat, pender etiam determinatio alterius actionis quanti minoris, vel respecti que, ut majoris, ubi res vendita diversa qualitatibus, vel speciei deregatur, cum tunc defectus primi requiri contentus adesse dicatur.

Cadente questione, tam uno evictionis, quam altero quanti minoris casu, quid ubi non in toto, vel in parte id sequatur, an accus in totum resolvatur, quod ex variis distinctionibus determinationem recipit, praesertim an accedit dolus, qui omnino modus refolutioni, vel annulationis aditum præbat; Sive an dolo cestante, agutus de unius, vel plurium rerum venditione, vel in pars evicta sit notabilis, aut quod alias contrahendi voluntas probabilitas deficit.

In venditione autem se moventium, ob vita etiam post perfidum contractum detecta, datur redhibitoria, que frequenter pro locorum diversis moribus, ac stylis regulari solet; Quamvis etiam in scripturis, aliquo rebus eadem redhibitoria actio concedatur.

Imminente autem, seu alias formidata evictione, frequenter disputari solet, an pretii soluto per emporum iuris retardari valeat, atque verior est negativa, ubi venditor idonee caverat, offerat, nisi prompta imminencia, vel alio facti circumstantiae diversimode suadeant.

Evictionis autem actio non competit, nisi ea effectivē sequatur per abdicacionem rei in dominio, fecus autem, si in sola possessione, vel detentio, ut praesertim in salviiani inrestituo sequi dicitur, nisi alias cautum sit.

Necesse ratis actio conceditur empori, qui item, ac molestias venditioni non legitimè denunciaverit, nisi adeo certa sit evictionis iustitia, quod vendor, quamvis de cunctius eam impeditre non posuisse.

Atque si venditor rem evictam recuperat, eam empori recu-

42 refusare non potest, ubi res integra sit, neque jus emptoris alias detersus efficiatur pro facti qualitate.

Si vero<sup>r</sup> emptor, ut imminentem non evitabilem evictio-  
nem impedit, bona fide, ut venditoris, ac propriam me-  
liorem efficiat conditionem, cum transactione concurredit,  
43 aliquam sumمام, vel speciem praestando, iustum, ac  
rationabile est, ut venditor id ei refeat; Aliquibus ad  
44 id ipsum emptorem obligantibus, ut felicit<sup>s</sup> ubi per hanc  
preventionem impedit potest evictionem, ad eam non  
agit, quod tamen probabilitatem non habet, nisi fraudes,  
vel collusio accedat.

Aliorum autem, seu aliis affectorum bonorum em-  
ptoris, quando a Dominis vindicatione, vel a creditori-  
um hypothecari actionibus tali fini, forum disputare solet;  
Diffingendum autem aliena, que à non dominio vendita,  
per dominum vindicetur, ab his, quea vendita per domi-  
num hypothecis affecta sit; Juris regula domino vindic-  
canti rem suam affitit etiam ab ipso pretii restitutione,  
quamvis emptor in bona fide sit veritus, cum ex excusat  
a penit, quibus cum mala fide emens à non dominio, sub-  
jaceat, non tamē pretii repetitionem tribuit, nisi a pro-  
prio auctore; o Nisi à non dominio, à quo deferrata est  
recuperatio, ut domini utile negotiam geratur, atque  
charitatis officium exercatur, facta sit redemptio, cum  
tunc domino vindicandi, refectionem eius, quod eroga-  
rum est recte obieci posse aquitatis uadeat.

Publicani vero nundinarium, seu portuum, vel emporio-  
rum fidem, emptorem tutum reddere, vel faltem pretii bona  
fide erogari refectionem tribuere, quedam non scripta aequi-  
taates frequentius moribus recepta docet, quamvis scripti  
rigor aliter disponat, & alcubi feretur.

De altera vero publica fide judicialis hafta, frequen-  
tia questio, ut emptore tutum reddat, ea vero frequen-  
tem casum hypothecam, non autem istam dominii, ac  
venditionis percudit, cum respectu domini non detur  
hac securitas, quamvis alias respectu creditorum datur  
ut infra.

Idemque receptum est in ea emptoris assurance, quam  
lex tribuit ementibus bona defuncti ab herede beneficiario,  
49 hereditario tamen titulo exprefse vendente, ut ab ipsius  
defuncti hypothecis, ac oneribus affectetur, non autem  
ab alieno dominio, minuscule à priori domini hypothecis,  
& oneribus rei infixis, Quinimo una opinio credit,  
ut neque spectu hypothecarum ipsius defuncti omnibus  
sit securitas, quoties facta aliorum honorum excusione,  
subfido focus aperiat.

Ementes autem ab hostiis, vel iis, qui jure legitimis  
belli aliena bona macti sunt, quoties apud eos pernocta-  
50 vent, talisque naturae sint, quod postlimio non redeant,  
tunc redduntur, cum declarationibus, de quibus  
in sua fide.

Majores igitur, ac frequentiores audit forum quæstiones  
ementium sub dicta judicialis hafta publica fide; Ita ve-  
ro ab eo jure offerendi, quod lex posterioribus creditoribus  
tribuit ita elementum tutum reddit, ubi actus nullitatis vi-  
tio non subjaceat; Cadente quæstiōne, ac eadem securi-  
tas competat ipsimet creditori, ad cuius instantiam vendi-  
tio judicialis auditoria sequatur, ubi ipmet emat, atque  
probabilis est affirmativa, quoties fraus, vel simili-  
tudo alter non suadet.

Illi vero, qui ex privato contrafactu à debitoru emit, vel  
in folio recipit, quamvis pretium in antiquioris debiti  
dissolutionem erogatum sit, à dicto posteriorum creditoro-  
rum iure offendit tunc non redditur.

Si autem ad posteriorum creditorum instantiam judicia-  
lis ad hastam publicam vendito sequatur, integrum est  
53 anterioribus eorum hypothecas contra emptorem ad ipsam  
rem venditam, eisque affectum profequi, nisi contumacialis  
negligentia obfer, coquid a pretii profectionem  
contra posteriores cogat; Quod tamen certam, ac gene-  
raliter determinationem non habet, sed pro locorum, ac  
ditionum, seu Tribunalium diversis legibus, ac stylis,  
eam diversam recipit.

Confusus autem nedium expressus, sed etiam tacitus,  
vel ratihabilitas creditoris, emptorem tutum reddit, quam-  
vis de privata, & conventionali venditione agatur, talis-  
que confusus ex receptione, vel petitione partis pretii  
refulcere dicitur.

In Urbe vero ex peculiari lege ementes Baronum, ac  
Domicellorum bona ab eo Tribunali, quod sub Congre-  
gationis Baronum vocabulo explicatur, omnino tunc red-  
duntur ab hypothecis, omnibusque vinculis, & oneribus,

etiam iis, quea dominum Auctorum possessoris non au-  
tem tertii redolent in pretium translati; Quid etiam in  
conventionali venditione ex Pontificio chirographo ad in-  
star dictæ legis concedi solet.

Eademque omnimoda libertas, ac securitas est eorum,  
qui cum legitima superioris auctoritate emunt officia vene-  
ria, & loca montium, seu iuri cum Principe, vel Re-  
publica, cum non à privato venditore, sed ab ipso Prin-  
cipi sub fide publica emi dicantur.

Circa emptoris perfonam disputationes cadere solet,  
quando unus alterius nomine emat, an veritas, vel li-  
matio attendenda sit, quod distinctionem recipit ab ip-  
sum honorem natura, & qualitate; Si enim in differen-  
tia sunt, ac liberis commerciis, veritas potius attenditur,  
quam quod simulat<sup>t</sup> conceputum sit; In his autem, quea dif-  
ferentia sunt, atque commercii libertatem non habeant,  
ut sunt feuda, & officia, alia Regalia, simulatio  
prævaleret, idem dicitur emptor, ac dominus, sub cujus  
nomine acquistio cantat.

Si vero sibi ipsi acquirat de aliena pecunia, ipse est em-  
por, & dominus, nisi restituatur præceptum in eo, qui  
fidei commissio gravatus est aliud suadet.

Ubi autem in ipso acquisitionis actu dicatur eam fieri pro  
per persona nominanda, Tunc facta nominatione ille, qui no-  
minatus est, censetur ab initio emptor, Alter vero instru-  
mentum, vel organum, idemque omnia onera, seu vincula  
per ita acquirentem injuncta, nominatione sequitur, evan-  
escunt; Quamvis aliquorum opinio sit inter necessariam, ac  
voluntariam nominationem distinguuntur; Quæ-  
stionem etiam cadente circa tempus, in qua hac nominatio  
facienda sit, ut hunc effectum producat, quod ex facti  
circumstantiis fraudem includentibus, vel excludentibus  
determinationem recipit.

Circa rem vero in contractum deducitam queri solet, an  
ad corpus, ad manum venditio facta sit, & quantum 59  
juxta hanc speciem, infra quantum tempus mentira fieri  
debet, peti valeat, quodque alias prescriptio, vel præsum-  
ptione jam facta refutet, quod pariter ex facti qualitate pen-  
det, idemque certam regulam generalem non admittit.

Item circa rem quæstiones cadunt, an fodina, thesauri,  
lapides, aliaque ab condita, atque sub folio, seu superficie  
existens sub ito contractu cadunt, atque regula est af-  
firmativa aliquibus limitationibus subiecta.

Paclta item adiici solita, disputatione non infrequentem  
occasione prebent, illud praetertim commissorum, su-  
per cuius validitate, ob utrumque suspicionem dubitari solet,  
ac etiam quando ad exercitum deductum censetur, quod  
pariter a singulorum causum circumstantiis determinatio-  
nem faciat.

Plerique vero privilegiatis quamvis vendendi potesta-  
mentum habentibus, actus perfectionis non obstante, com-  
petit facultas admittendi novas oblationes, seu additionem,  
quod, quando, & quomodo procedat, non de facili sub-  
compendio est explicabile, utrumque à diversi facti circum-  
stantiis pendens, idemque in sua fide agitur.

Emptoris refusio sequi solet, nedum ex infinitis causis  
juris offrendi, vel paci commissori, five additionis;  
Verum etiam ex paciis refutativis, ac frequentem ex extra-  
et conventionali, qui sub nomine juris redimendi, seu pa-  
eti de retrovendendo explicari solet; Itoque causa disputationes  
cadunt super hujus juris, vel paci præscriptione, seu in  
integram restitutio aduersus præscriptionem, ac etiam  
super pretio, quod à redimere volente praestandum, seu of-  
ferendum est, atque probabilis est, ut illud praestari de-  
beat, unde propterea intermedium augmentum, seu de-  
crementum sit emptoris; Ac etiam, an istud pactum egeat  
eadem solemnitate, quae venditio.

Vero hæc species retractus, ac altera legalis, que  
ratione vicinatis, vel fanguinis, aut conforti, seu in  
55 quiliatus, vel census cum similibus, sub retractum,  
ac servitutum materia cadunt, Atque sub eadem agitur,  
aut usus & habilitationis, vel iustitiae fructus servitus vendi-  
di facultatem impedit.

Emptoris quoque obligationes ex causa pretii, vel ratione  
onerum, quibus res empta subiacet, tanquam causative,  
vel occasioales, ubi contractus ab ipso culpa, vel fa-  
cto voluntario effectum sortiri definit, cessant, ac evan-  
escunt, ex regula cessantis effectus cessata cedula; Niſi ve-  
re delegatione requista accedant favor tertii.

Pleraque vero alia concernientia emptoris defensionem  
cum iuribus eorum, qui cum pretio dimissi sunt, vel qui  
in contractu intervenerunt.

Sive

Sive circa venditori potioritatem in concurso cum em-  
ptoris creditoribus, ubi venditio facta sit, habita fide de  
precio, crediti, ac debiti, seu concursum creditorum ma-  
teriam potius recipiunt.

Prout sub iuramentum materia cadunt ea, que frequenter  
foris disputare solet super iuris pretii non soluti pendente  
eo tempore, quo emptor re, & prelio fruatur, & quæ sub  
recompensati orum fructuum nomine explicari solet, si-  
ve partium conventione accedat, fave non, & de quibus in  
dicta iuramentum fidei.

Ad vitam quoque emptoris, vel aliquod determinatum  
tempus iuri emptioni, & venditionis contractus fieri so-  
let, adeo celsante vita, vel expirato termino, contraria  
etius evanescat; Ita autem causa sub judice lis, an iustum  
emptioni, & venditionis, vel potius locationis, & con-  
dictionis, aut innominatum contractum hac species con-  
ventionis redolat, ad plures effectus, praetertim vero  
periculi in ipsa re contingens, ac oneris refectionis, seu  
laesiosis, an intret in vitaliis, quod varias habet opinio-  
nes in sua fide recentitas; Ac etiam ad effectum retractum  
acti, & passivi, de quo pariter in praefata retractum  
matrice habetur.

Ubi vero agitur de venditione honorum alienandi prohi-  
bitionem habentium, quam cum Principiis dispenfatione  
fieri contingat, ut frequenter fortuit in ea venditione,  
qua sit honorum Ecclesiæ cum Apostolico beneplicato,  
seu corum, quea fideicommissio, vel majoratu subiecta sine  
cuse, cum fideicommissi derogatione, ac similibus, quæstiones  
cadunt super derogationem, vel beneplicati vitio, seu mala  
exequitione, formaque non servata, five emptoris solici-  
tudine in pretii erogatione, ac similibus, quea hujus em-  
ptioni, & venditionis contractus peculiaria non sunt, fed  
euciuque alienationi, etiam latere, ac improprie, que  
per obligacionem sequatur, congruent, idemque sub alie-  
nationem, & contractu fidei potius cadunt.

a hoc tit. disc. 4. cum seqq.  
b sub tit. de credito disc. 32. & 70. cum seqq.  
c sub tit. de alienat. & contrat.  
d sub tit. de alienat. disc. 47. tit. de juris disc. 71.  
e sub tit. de debito disc. 66.  
f hoc tit. 26. & 40. & sub tit. de credito disc. 70. & seqq.  
g sub tit. de debito disc. 66. sub tit. de Regal. disc. 4. & 10.  
h hoc tit. disc. 2.  
i eadem disc. 2.  
j sub tit. de servito disc. 65.  
m sub tit. de date disc. 16. & sub tit. de alienat. & contrat.  
n disc. 4. cum seqq. hoc tit.  
o sub tit. de fidicom. disc. 77.  
p disc. 42. & sub tit. de feud. disc. 58. & sub tit. de Regal.  
q sub tit. disc. 58. de feud. & disc. 129. de Regal. & sub tit. de  
usur. disc. 5.  
r locis proximè citatis.  
s hoc tit. disc. 41. & sub tit. de credito disc. 53. & 54.  
t disc. 59. de feud.  
u hoc tit. disc. 31. & sub tit. de credito disc. 53. & 54.  
w locis proximè citatis.  
x tit. de credito disc. 34. & 35.  
y sub tit. de Regal. disc. 36. cum seqq.  
z sub tit. de feud. disc. 7. & sub tit. de Regal. disc. 1.  
b sub tit. de fidicom. disc. 77.  
c hoc tit. disc. 29. & 30.  
d disc. 7.  
e disc. 44. hoc tit.  
f disc. 33.  
g sub tit. de Regal. disc. 81.  
h hoc tit. disc. 32. & sub tit. de servito disc. 85. & 87.  
i disc. 23.  
l sub tit. de credito disc. 1. & seqq. & hoc tit. disc. 21. & 22.  
m sub tit. de usur. disc. 15. cum seqq.  
n hoc tit. disc. 1. & sub tit. de servito disc. 74. & sub tit. de  
donat. disc. 54.  
o sub tit. de alienat. & contrat. disc. 1. & seqq. & sub tit. de  
fides. disc. 160. & seqq.

Finis Partis Secundæ Libri Septimi.

O J O